



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 66. Caput II. De effectibus ejusdem Sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

§. LXVI.

CAPUT II.

De effectibus ejusdem Sacramenti.

„Res porro, & effectus hujus Sacra-
 „menti illis verbis explicatur, &
 „oratio fidei salvabit infirmum, & alle-
 „viabit eum Dominus: & si in peccatis
 „sit, dimittentur ei. Res etenim hæc
 „gratia est Spiritus Sancti, cujus un-
 „ctio delicta, si quæ sint adhuc expian-
 „da, ac peccati reliquias, abstergit, &
 „ægroti animam alleviat, & confirmat,
 „magnam in eo divinæ misericordiæ fi-
 „duciam excitando, qua infirmus sub-
 „levatus, & morbi incommoda, ac la-
 „bores levius fert, & tentationibus
 „dæmonis, calcaneo insidiantis, fa-
 „cilius resistit, & sanitatem corporis
 „interdum, ubi salutem animæ expedie-
 „rit, consequitur.

§. LXVII.

CAPUT III.

*De Ministro hujus Sacramenti, &
de tempore, quo administrandum est.*

„Jam vero quod attinet ad præscriptio-
 „nem eorum, qui & suscipere, & mi-
 „nistrare hoc Sacramentum debent,
 „haud obscure fuit illud etiam in verbis
 „prædictis traditum, nam & ostenditur
 „illic, proprios hujus Sacramenti mi-
 „nistros